

**47. Bessarion Cardinalis
Iacobo Ammanati.**

Reverendissime in Christo pater, amice et frater honorande. Usi iam sumus dulcissimo fructu laboris nostri. Nam quemadmodum intel-
 5 ligetis ex litteris, quas scribimus ad sanctissimum dominum nostrum, venimus ad maiestatem imperialem et obtinuimus ab ea bonam et gratam licentiam redeundi ad pedes sanctissimi domini nostri. Quod et antea fecissemus, nisi induravissemus impium et parum gratum sanctissimo domino nostro, si res maiestatis suae in eo periculo, in quo
 10 hac tempestate fuerunt, relinqueremus. Nunc vero rebus suis in tuto positis subito venimus ad maiestatem suam, a qua habita gratiae licentia iter nostrum ad vos Domino concedente continuabimus. Necesse tamen erit nos propter graves morbos, quos patimur, tarde et pedetentim venire, saepe et quiescere, nec speramus ante finem No-
 15 vembris istuc posse pervenire. Quapropter paternitatem vestram obtestamur, ut tarditatem nostram apud sanctissimum dominum nostrum excuset. Cogitamus etiam Bononiae per aliquot dies morari, ut bibamus aquam Porrettanam, quam iam in ea urbe parari iussimus, cum intellexerimus ad hoc genus aegritudinis plerisque multum contulisse.
 20 Ceterum significamus paternitati vestrae, quod in discessu nostro ex Vienna fuit necesse, ut ad exsolvenda debita, quae contraxeramus, et parandum viaticum in Italiam acceperimus mutuo sexcentos ducatos, quos promisimus solvere Venetiis. Ubi tamen solvendi modum non habemus, nisi sanctissimus dominus noster pro sua pietate nobis pro-
 25 viderit. Oportebit nos in Italia facere multas et graves expensas, cum iam faceremus nos portari, tum pro vectura rerum nostrarum, et quas nobiscum habemus, et quas Mantuae et Florentiae reliqueramus. Rogamus igitur ex corde paternitatem vestram, ut in tanta necessitate nostra, quae vix maior esse posset, compatiatur nobis et nos commen-
 30 det summae pietati sanctissimi domini nostri, ut nos hoc tempore non relinquat. Nisi sua beatitudo intercessione paternitatis vestrae necessitati nostrae subvenerit, nullo modo poterimus extricari ex Venetiis,

1 A fol. 18^v *Suprascriptio*: In Christo patri, domino Iacobo, dignissimo, amico integerrimo.

Ep. 47. Bessarion befindet sich auf der Rückreise von seiner deutschen Legation und trifft Vorsorge für seine Ankunft in Italien. Für die Kosten seiner Reise hat er in Venedig 600 Dukaten aufnehmen müssen. Ammanati soll die Angelegenheit dem Papst vortragen. Bessarion ist krank. Für eine Fahrt, die sich sonst bequem in drei Tagen machen lasse, habe er acht Tage gebraucht. Wegen seines Gesundheitszustandes will er sich einige Tage in Bologna aufhalten, wo er durch eine Trinkkur mit dem Wasser von La Porretta Linderung erhofft.

Überliefert ist der bisher ungedruckte Brief: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 18.

nisi, quicquid habemus, pignori relinquamus. Si igitur umquam fuit aut futurus est locus, in quo possitis ostendere amicitiam vestram, hic est maxime unus, ut tantae nostrae necessitati quam primum subveniatis, quae Deo teste et tanta est et maior, quam exprimere possimus. Desideramus mirum in modum videre et amplecti paternitatem vestram, 5 quam speramus aut mutasse, dum litterae haec scriberentur, aut paulo post mutaturam titulum suum. In qua re vellemus libenter praesentiam nostram aliquid conferre potuisse. Optamus tamen, ut etiam nobis absentibus factum sit, idque immortalem Deum precamur, loco maximi muneris id, si factum fuerit a Deo, habituri, de quo laetissimum 10 et iocundissimum vultum in dies praestolabimur. Quae si simul cum finibus Italiae nobis apparuerint, eum diem laetissimum existimabimus.

Valeat foeliciter paternitas vestra et nos pedibus sanctissimi Domini nostri robore et efficaciter commendet. 15

Datum in Lebbnorg (sic) die 18. Septembris 1461.

Haec ita particulariter et cum tanta vehementia scribimus vobis ex nimia fiducia. Nulli enim alii volumus, ut innotescat. Ideo rogamus vos, ut nec sanctissimo domino nostro has litteras vel legatis vel ita particulariter nostras ei necessitates exprimatis, sed solita vestra prudentia, industria atque modestia rem nostram agatis, quoad fieri poterit. Haec scribo die Veneris 18. Septembris, quo die spero rem nostram finem optatum habituram. Si vero his temporibus nihil agetur, in proximis temporibus spero esse apud vos. Et intendo rem nostram prosequi tamquam propriam et tamquam filii, sperans me vos habiturum, dum 25 simul agimus, in bonum et semper benevolum fratrem, prout in litteris vestris pollicemini. Opto vos foeliciter agere et bene valere.

Vester B. cardinalis, manu propria. Non potui nec domino nostro neque vobis in totum scribere propria manu propter huius itineris impedimenta, quae propter hoc pervium trium dierum iter vix octavo die 30 per me factum magis solito me angunt. Deo laus.

48. Bessarion Cardinalis

Iacobo Ammanati

Cardinali Papiensi.

Reverendissime pater et domine mi singularis! Post commendationem. 35

Quemadmodum plus meis rebus favebat assistentia vestra quam ipsa mea praesentia, ita nunc, cum valetudini curam adhibere cogor,

32 A *suprascriptio*: Reverendissimo domino meo, domino Cardinali Papiensi.

Ep. 48. Bessarion unterbreitet Ammanati mehrere Anliegen: 1. Eine Angelegenheit, die in Händen des ungarischen Orators liegt, bedarf der Beschleunigung.

dignemini et ipsam meam qualemcumque praesentiam supplere et favores vestros multiplicare.

Primo, rogo dominationem vestram, det operam, ut orator domini regis Ungariae cito et bene expediatur; nam et honor sanctissimi domini nostri et rerum necessitas ita requirit; facietque reverendissima dominatio vestra rem gratissimam communi patri reverendissimo domino S. Angeli, si eo absente habueritis curam non suarum, sed publicarum rerum.

Secundo, intelligo quosdam, qui sunt hic ex parte Leonardi de S. Maura, petisse vel petiuros esse, ut Monembasia ei donetur. Videtur mihi non esse concedendum alieno, quod negatum fuit domino eius loci naturali, domino scilicet despotae. Bis iam sanctissimus dominus noster mihi dixit non se facturum. Sed timeo importunitatem.

Tertio, in insula Cretensi ex omnibus habitatoribus eius remanserunt nobis duodecim presbyteri tantum unionem sequentes, qui perseverarunt semper in unione firmi. Eos ceteri omnes ludibrio et contemptui habent et omnibus ecclesiasticis emolumentis privarunt, ita ut fame pereant nec habeant, unde vivant. Dominium Venetorum scribit sanctissimo domino nostro et mihi ac aliis quibusdam rogans, ut sanctissimus dominus noster eis aliquo modo provideat, quod et necessarium et debitum mihi videtur. Causae sunt multae nec latent dominationem vestram. Modus providendi eis talis est. Ibi est quoddam beneficium monachorum Montis Sinaim valoris duorum milium ducatorum et ultra. Habent illud monachi illi de Monte Sinaim, homines idiotae, illitterati, rudes, unionis inimici ac ecclesiae catholicae hostes. Res digna esset totaliter auferre ab eis. Sed si propter loci

12 despotae] despoto *P*

2. Den Anträgen von seiten des Leonardus de S. Maura auf die Herrschaft von Monembasia ist nicht stattzugeben, da solches bereits dem Despoten, der in erster Linie Ansprüche hatte, verweigert worden ist. 3. Für 12 griechische Geistliche, die wegen ihres Festhaltens an der Union jegliche Einkünfte verloren haben, könnte gesorgt werden, wenn ihnen von der reichen Pfründe der Mönche von Mons Sinai, die selber keine Bedeutung haben, eine jährliche Anweisung von 400 Dukaten gewährt würde. 4. Bischof Athanasius von Gerace, vordem Calceofilo, abb. mon. s. Mariae de Arca O. Cist. Syracusanae dioc., wurde in der Nacht, ehe er in sein Bistum einziehen wollte, überfallen und ist seitdem verschwunden. Der Papst möge sich deswegen an König Ferdinand von Neapel zwecks weiterer Nachforschungen wenden. Sollte sich herausstellen, daß der Genannte nicht mehr am Leben sei, bittet Bessarion um Verleihung jenes Bistums an eine Persönlichkeit aus seiner Umgebung. 5. Bessarion verzichtet auf seine Abtei S. Patrini in Fano zugunsten eines seiner Cubicularii. Es müsse aber Vorsorge getroffen werden, damit nicht Sigismondo Malatesta zuvorkomme und einen seiner Günstlinge in die Pfründe eindrange.

Überliefert ist der Brief: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10 fol. 9 (8). Erstmals herausgegeben von G. Palmieri: *Il Muratori* III (Roma 1895), p. 59—61 (=P).

reverentiam, propter quam, ut dicitur, nonnullorum pontificum Romanorum privilegiis vallati sunt, hoc videatur durum, saltem unam partem istis catholicis viris concedendum esse censeo, videlicet usque ad 400 ducatos, ut quilibet habere possit solidos 40 annuatim, cum tamen plus perdant ex emolumentis suis consuetis ultra honorem, reputationem et amorem amissum inter gentem suam. Videtur mihi omnino debitum providere eis.

Quarto, audivi episcopum nostrum Ieracensem Athanasium, Graecum, dum iret in civitatem Ieracii et in suburbiis eius prima nocte pernoctasset, ut crastino die processionaliter intraret civitatem, illa nocte, nescio quo, traductum vel forsitan interfectum fuisse. Etenim non invenitur. Dubito, ne quidam, qui hanc ecclesiam ambiebat, aliquid contra vitam eius machinatus fuerit.

Duo circa hoc a dominatione vestra desidero: primo, ut sanctissimus dominus noster scribat serenissimo domino regi Ferdinando efficaciter, ut eum inquirat diligenter et liberet; secundo, ut, si vita functus est, quod absit, dignetur dominus noster illum episcopatum mihi pro uno de meis concedere.

Quinto, abbatiam S. Patrini Fanensis renuntio uni meo cubiculario. Sed quoniam ille inimicus Dei Sigismundus de Malatestis, tum propter suam cum ecclesia contumaciam, tum quoniam diu desideranti illam abbatiam a me pro quodam suo habere negavi, dubito, quod non dabit possessionem huic meo, sed sentiens me renuntiasse, apprehendet eam et intrudet, quem vult, supplico sanctissimo domino nostro, ut mihi per breve suum concedat, ut, etsi renuntiavero, non tamen intelligatur vacasse, nisi habita fuerit possessio ab hoc meo.

Cum dominatio vestra perfecerit haec, supplico de aliis. Credo namque, quod ideo citius ista expediet dominatio vestra, quia polliceor et alias inferre molestias. Valeat dominatio vestra reverendissima, cui me humiliter commendo.

30

Datum in balneis Viterbiensibus 19. Maii 1462.

Reverendissimae dominationis vestrae

humilis servitor

B. Cardinalis Nicaenus

49. Βησσαρίων Καρδινάλις
Μιχαήλω τῷ Ἀποστόλῃ χαίρειν.

Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς βραδύτερον μὲν, ἢ αὐτὸς φου, μᾶλλον δ' ἐπεξεργασ- B 1
σμένα, ἀ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ Πλήθωνι συνιστάμενος συνέγραψας. Ἀνδρό- L 92
5 νικος γὰρ ὁ Καλλίστου, πρότερον αὐτὰ ἐξητακῶς τε καὶ διακωδωνίσας, οὕτως F 83
αὐτὰ τε καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἡμῖν πέπομφεν. τὴν μὲν οὖν ὁρμὴν σου, καὶ ὅτι Πλά-
τωνί τε καὶ τοῖς περὶ ἐκεῖνον εὐνοϊκῶς ἔχεις, ἠγάσθημεν· τὸν δὲ τῆς συνηγορίας
τρόπον οὐκ ἐπηνέσαμεν. οὐ γὰρ λαιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ' ἀποδείξεις καὶ
λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ τε φίλῳ συνηγορητέον, τὸν τ' ἐχθρὸν ἀμυντέον. ὥστε καὶ
10 εἴ τι Πλήθων Ἀριστοτέλη προεπηλάκισεν, εἴ τί τε Θεόδωρος Πλήθωνα, εἴ
τί τε σὺ Θεόδωρον κακῶς εἰρηκας, πάντα ἡμῖν παρὰ τὸ δέον τε καὶ εἰκὸς
εἰρημένα δοκεῖ. οὔτε γὰρ Ἀριστοτέλης οἶός τε λαιδορεῖσθαι, τοσοῦτων ἡμῖν
ἀγαθῶν ὑπάρξας, οὔτε Πλήθων, σοφός τε καὶ μεγάλης τῷ ὄντι εὐφυίας ἀνήρ,
εἰ μὴ πού τις εἴποι τῷ λαιδοριῶν ἄρξασθαι, καὶ τοῖς ἀμυνομένοις συγγνώμην
15 τινὰ παρασχεῖν. Θεόδωρός τε τῶν νῦν Ἑλλήνων ἐν τοῖς πρώτοις ὢν, ἥκιστα
κακῶς ἀκούειν παρὰ σοῦ ἄξιος, καὶ ταῦτα νέου τε ἔτι ὄντος, ἤδη πρεσβύτης,
καὶ μήπω λογικῶν ἀποδείξεων καὶ ἐπιστημῶν κατὰ τρόπον ἡμμένου, διὰ πά-
σης ἥκων σοφίας τε καὶ ἐπιστήμης ἀνήρ· καὶ μάλιστα ὅτε περὶ τοιούτων
ἔστι θεωρημάτων ἢ ζήτησις, ἄπερ, ἄτε δὴ μέγιστα τῶν ἐν πάσῃ φιλοσοφίᾳ

2 χαίρειν F τὰ βελτίω φρονεῖν B L | 12 οἶός τε F] B L om. τε | 14 ἄρξασθαι F
ἄρξαι B L

Ep. 49. Der Brief bildet den Schlußpunkt der literarischen Fehde zwischen Theodoros Gazes, Michael Apostolios und Andronikos Kallistos, deren diesbezügliche Schriften oben S. 151—203 vorliegen. Ihre inneren Zusammenhänge sind dort näher dargelegt. Mit dem Eingreifen des Michael Apostolios war Bessarion gar nicht einverstanden, weil es unüberlegt von einem jungen Menschen, der von der Sache recht wenig verstand, ausgegangen war. Wie der Brief zeigt, war Bessarion weit davon entfernt, einzig Platon als Philosophen gelten zu lassen. Nachdrücklich verwies er auf Aristoteles' Bedeutung. Schützend tritt er vor Plethon, den er ob seiner Weisheit und seines Seelenadels bewundere, wenn er ihn auch wegen seines Kampfes und seiner Abneigung gegen Aristoteles nicht loben könne. Und weiter bricht er eine Lanze für Theodoros Gazes, den er als den viel älteren und wirklich erfahrenen Gelehrten in dieser Weise nicht hätte angreifen dürfen. Zu seiner Belehrung möge Michael die Schrift des Andronikos studieren. — Der Brief stammt vom 19. Mai 1462 aus Viterbo, wohin sich Bessarion gerade von seiner deutschen Legation zurückkehrend begeben hatte.

Handschriftliche Überlieferung: Rom, Cod. Vat. gr. 1393, fol. 1—2 v (= B); Vat. gr. 95, fol. 120—122; Vat. gr. 137, fol. 145—146 v; Barb. gr. 84, p. 107—110; Cod. Regin. gr. 104, fol. 142 v—144; Cod. Valicellan. gr. 189 (C VIII). Florenz, Bibl. Laur. Plut. 58. Cod. gr. 33, fol. 92—93 (= L). Mailand, Bibl. Ambr. 348 (F 88, olim V 416) fol. 83—84 v (= F); 468 (I 95 sup.) fol. 8—9 v; 510 (M 41 sup. olim T 215) fol. 5—7; 1056 (I 91 inf. olim U 351) fol. 224—225 v; B 141 sup., fol. 29—30 v (vgl. oben S. 151). Escorial, Mscr. gr. 274 (Y III 7) fol. 5—6 v. Paris, Cod. gr. 1751, fol. 10—11 v; Cod. gr. 1760, fol. 261 v—263; Cod. gr. 2652, fol. 99—101 v; Cod. gr. 3043. Wien, Cod. gr. Ph.l. 257. Oxford, Cod. Barocc. 114. Leyden, Inter Codd. Vossian. Cat. Bibl. Leiden. p. 401 n. 6. — Druckausgabe: Migne, PG 161, 687—692 (fehlerhaft).

δντα, τήν τε τῶν πολλῶν ἕξιν ὑπερβαίνειν ἀνάγκη, καὶ μὴ εἶναι περὶ τούτων ἢ εἰπεῖν ἢ τι γοῦν ἀκριβῶς ἐννοῆσαι, μὴ πολλὰ περὶ τήν σοφίαν πονήσαντα καὶ τὰς ἐπιστήμας ἀκριβωσάμενον.

B 1^v Ἐχθέσθην μὲν οὖν Θεόδωρον ὑπὸ σοῦ ἀμαθίας ἐγκεκλημένον· τὸ δὲ καὶ Ἀριστοτέλη αὐτόν, πάσης ἡμῖν ἐπιστήμης καθηγεμόνα, ταῦτο τοῦτο ⁵ παθεῖν, ἀμαθῆ τε καὶ κακοήθη καὶ λῆρον ἀχάριστόν τε ὑπὸ σοῦ κληθῆναι, φεῦ, πᾶσαν ὑπερβαίνειν ἔδοξέ μοι θρασυτήτά τε καὶ τόλμην. μόλις ἀκούω, μᾶλλον δ' οὐδ' ἀκούειν ἀνέχομαι αὐτοῦ Πλήθωνος, ἀνδρὸς τοιούτου, τοιαῦτα εἰς Ἀριστοτέλην ἀπορρίπτοντος· μήτοι γε σοῦ, μήπω μηδὲν περὶ τῶν γε τοιούτων ἠκριβωκότος. 10

L 2^v Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθη, καὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλη σοφωτάτους ἡγούμενος, κατ' ἴχνος τε τούτοις ἐπόμενος, ἐκάτερον ἡγεμόνα τε σαυτοῦ ποιῶ. σχολῇ τε καὶ μελέτῃ, διδασκάλους τε οἷς ἄξιον χρώμενος, πρῶτα μὲν συνεῖναι τοῦ βάρους τῶν ὑπ' αὐτῶν εἰρημένων σπούδασον. οὐδὲ γὰρ πᾶσι τοῖς βουλομένοις εὐληπτα λέγουσι τῷ ἀνδρῷ. ἔπειτα καὶ εἴ τι διαφέρεσθον, οὐκ ἀμαθίας, ¹⁵ ἀπαγε, ἀλλὰ τῆς μεγάλης τε αὐτοῖν περὶ λόγους δυνάμεώς τε καὶ ἕξεως καὶ τῆς τῶν ζητημάτων διὰ τὸ ἀδηλόν τε αὐτῶν καὶ μὴ σαφὲς ἐπ' ἀμφοτέρα ῥοπῆς σημεῖον ποιούμενος, θαύμασον μὲν τὴν ἐκείνων σοφίαν, ἀμφοῖν δὲ χάριτας ὁμολόγει, ὧν ἡμῖν ἀγαθῶν γεγέννητο αἴτιοι. οὕτω γὰρ ποιῶν σαυτῷ τε τὰ βελτίω βουλευσεις, ἐμοὶ τε χαριῇ καὶ πᾶσι τοῖς εὖ φρονούουσιν. ὥς νῦν ²⁰ γε χαριεῖσθαι νομίζων σφόδρα ἐλύπησας, τὸ μὲν ὅτι ἀνδρας ἀναξίους ὑβρίζεσθαι οὕτως ἀπερικαλύπτως ἐλοιδόρησας, τὸ δ' ὅτι καὶ σαυτὸν ἔδειξας μὴ πάνυ τοι τὰ ἐκείνων ἡσκημένον.

Θεόδωρόν τε τὰ βελτίω ποιῶν τίμα τε καὶ διδασκάλῳ περὶ πάντα χρῶ. ἔστι γὰρ οἶος καὶ σέ καὶ πολλοὺς ἑτέρους ὠφελεῖν δύνασθαι. ἐμὲ δέ, ἵνα μὴ ²⁵ καὶ αὐθις πλανηθεῖς δόξης μοι τοιαῦτα εἰς τοιούτους γε λέγων ἀνδρας χαρίζεσθαι, φιλοῦντα μὲν ἴσθι Πλάτωνα, φιλοῦντα δ' Ἀριστοτέλη, καὶ ὡς σοφωτάτῳ σεβόμενον ἐκατέρῳ, Πλήθωνά τε τῆς μεγαλονοίας καὶ εὐφυίας ἀγάμενον, τῆς τοσαύτης πρὸς Ἀριστοτέλη μάχης τε καὶ δυσνοίας μὴ ἐπαινεῖν. βουλοίμην γὰρ ἂν ἐκεῖνόν τε Ἀριστοτέλει, τοὺς τε ἄλλους εἴτε τοῖν δυοῖν ³⁰ μεγίστοις φιλοσόφοις τούτοις, εἴτε αὐτῷ Πλήθωνι καὶ ὁποίοις δήποτε ἄλλοις μετὰ τοσαύτης γε ἀπαντᾶν εὐλαβείας, μεθ' ὅσης Ἀριστοτέλης ἀντεῖπε τοῖς πρὸ αὐτοῦ, ὅς λόγους αἰεὶ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ παραιτούμενος τοὺς τε ἀκούοντας, οὐς τε εὐθύνει, ἀποδεικνύς τὸ προκείμενον τῶν λοιδοριῶν ἀπέσχετο. ὅτε δὲ καὶ σφοδρότερον καταφέρεται, καὶ τότε φυλάττει τὸ μέτριον. ἢ τὰ δὲ εἶδη, ³⁵ φησί, χαιρέτω, τερετίσματά τε γὰρ ἔστι· καὶ εἴ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον. « καὶ αὐθις· οὐχ ἤψαντο διαλεκτικῆς οἱ ἄνδρες», περὶ τινῶν ἄλλων λέγων. οὗτος ὁ τῶν λοιδοριῶν αὐτοῦ κολοφών.

Ἐμεῖς δὲ ἀνθρωπίσκοι ἢ πίθηκοί τινες πρὸς ἐκείνους ἥρωας ὄντες τολμήσομεν αὐτούς, φεῦ, ἀμαθεῖς λέγειν, καὶ τὰ ἐξ ἀμαξῶν σκώπτειν μᾶλλον ⁴⁰

7 ἀκούω B L ἀκούειν F | 18 θαύμασον L F θαύμαζον B | τὴν ἐκείνων B F τοῖν ἐκείνοις L | 20 βουλευσεις L F βουλεύση B

35 Arist. Anal. post. a 22. 83a, 33 sq.

ἢ ἡ κωμωδία τοὺς περὶ Κλέωνά τε καὶ Ὑπέρβολον; τίνες ὄντες; ποίαν γινώσκῃ, L 93
 ποίαν τῶν ὄντων ἔχοντες ἐπιστήμην; μωρία ταῦτα καὶ μανία τῷ ὄντι σαφές.
 μηδὲ γὰρ οἴου, ὧ βέλτιστε, ὡς εἰ εἶτε Πλήθωνι, σοφῷ τε καὶ γενναίῳ ἀνδρὶ,
 εἶτε Πλωτίνῳ, Ἀττικῷ τε καὶ Πορφυρίῳ, εἶτε ἄλλῳ τῷ τῶν ὁμοίων, Πλάτωνά
 5 τε καὶ Ἀριστοτέλη πνέουσιν, ἐξεγένετο Ἀριστοτέλη τε καὶ Πλάτωνα εὐθῦναι
 τε καὶ ἔστιν ὅπου καὶ βλασφημῆσαι, καὶ ἡμῖν ἐξεῖναι ταῦτό, ἐκείνοις μὲν γὰρ
 καὶ τῷ ἢ κατ' αὐτοὺς ἢ οὐ πολὺ μετ' ἐκείνους γενέσθαι τῷ χρόνῳ, τῷ τε
 συνεχεῖς τότε καὶ οὐχ ἦττον ἐριστικᾶς γίνεσθαι τὰς διαλέξεις, τῷ τε μήπω
 τὸν φθόνον ἀπομαρανθῆναι, τῷ τε πάσῃ κεκοσμηθῆναι σοφία μέγα πρὸς
 10 παραιτήσεως λόγον· ἡμῖν δὲ καὶ τοσοῦτο λειπομένοις ἐκείνων καὶ τοιοῦτόν τε B 2^v
 καὶ τοσοῦτον ἤδη τῷ τε μακρῷ χρόνῳ τῇ τε κοινῇ πάντων δοκιμασίᾳ καὶ
 ψήφῳ σχόντων ἀξίωμα συγγνώμη λείπεται οὐδεμία.

Ἄτε οὖν Ἀριστοτέλη τε παρὰ πᾶν τὸ εἶδος λοιδορήσας, τῷ τε Πλήθωνι
 μηδαμῇ συνειπῶν — οὐδὲ γὰρ τοιούτων αὐτῷ πρὸς συνηγορίαν δεῖ λόγων —
 15 Θεόδωρόν τε, ἀνδρᾶ σοφόν, οὐκ ἐν δίκῃ κακῶς εἰπὼν ἡμῖν τε οὐ μόνον πρὸς
 χάριν οὐδέν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἄχαρι πρᾶγμα ποιήσας ἄσον παλινοδίαν, ἐμοὶ
 συμβούλῳ χρησάμενος, ἀνδρὶ φιλοῦντί τέ σε καὶ τὰ βελτίω βουλομένῳ τέ σοι
 καὶ συνευχομένῳ, καὶ τὰς ἀδίκους λοιδορίας ἐκείνας ἐπαίνοισ τε καὶ εὐφημίαις
 ἀπόκλυσον. Ἀνδρονίκου τε τὰς πρὸς τὰ σὰ ἀντιρρήσεις σὺν νῶ τε καὶ καθε-
 20 στηκότι φρονήματι ἐπιῶν τήν τε τῶν λόγων ἀλήθειαν αὐτοῦ αἰδέσθητι, καὶ
 κατ' ἐκείνον περὶ τε γραμματικὴν καὶ ὀρθογραφίαν καὶ κυριολογίαν τῶν
 λέξεων, περὶ τε ῥητορικὴν καὶ τὸ εἰδέναί ὀρθῶς τε καὶ μετὰ κάλλους συντι-
 θέναι πρῶτα σχολάσας ἱκανῶς, εἶθ' οὕτω καὶ τῶν μειζόνων ἐπίβαινε καὶ
 φιλοσοφίας αὐτῆς.

25 Εὖ πράττοις· καὶ φιλοῦντος παραίνεσιν τὰ εἰρημένα ἠγησάμενος ἔποιο τῇ
 συμβουλῇ. ἐγράφη παρὰ τοῖς ἐν Οὐιτερβίῳ θερμοῖς λουτροῖς, Μαΐου μηνὸς
 ἐνάτην πρὸς δεκάτη ἄγοντος, ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ αὐξβ' ἐνισταμένῳ.

50. Βησσαρίων Καρδινάλις

L 91^v

Ἀνδρονίκῳ τῷ Καλλίστου φιλοσοφεῖν.

30 Ἀνέγνων καὶ τὰ Μιχαήλῳ φύρδην κατὰ τοῦ ἐταίρου Θεοδώρου συντεθει-
 μένα καὶ τοὺς σοὺς ἐκείνου σωφρονισμούς· κρίσιν τε καὶ ψῆφον περὶ ἀμφοτέρων
 ἐξήνεγκα, ἣν ἐν τοῖς ἐκείνῳ ἐπεσταλμένοις ὄψει, ὧν σοι πέμπομεν τὰ ἀντί-
 γραφα. περιττὸν γὰρ καὶ ἅμα οὐδὲ ῥάδιον φαρμακευομένῳ καὶ πρὸς σέ
 μακρηγορεῖν.

35 Ἐδόθη καὶ ὅτε καὶ ὅπου καὶ τὰ πρὸς Μιχαῆλον.

13 Ἀριστοτέλη τε B F] L om. τε | 14 αὐτῷ B F] L om.

Ep. 50. Mit diesen begleitenden Worten ließ Bessarion das vorhergehende Schrei-
 ben dem Andronikos Kallistos zugehen. Überliefert ist der Brief mit dem Brief an
 Apostolios (s. o. S. 511). Druckausgaben: I. Fr. Boissonade, Anecdota graeca V.
 Parisiis 1833, p. 388 (nach Cod. Paris. gr. 3053). — Migne PG 161, 691 sqq.

Mohler, Kardinal Bessarion. III.

51. Bessarion Cardinalis

Cristophoro Mauro

Duci Venetorum.

Illustrissime princeps et excellentissime domine, tamquam proprii honoris post commendationem etc.

5

Graviter certe nos afficit felicitis recordationis praedecessoris vestri inopinatus et damnosus interitus, tum quia inter ceteras illius clarissimi viri virtutes, cum ~~(eum)~~ semper florentissimae istius reipublicae studiosissimum cognovimus. Cui et nos certe fuimus erimusque, dum vivemus, affectissimi, tum quia nos propter mirificam suam quandam 10 humanitatem non vulgariter adamavit, quod saepius nobis re ipsa apertissime ostendit. Ceterum immortalis Deus, qui omnia semper in melius disponit, diutius nos dolere non est passus. Audito enim felicissimo promotionis vestrae illustrissimae dominationis nuntio tanto sumus illico gaudio permoti, ut praecedens maeror brevi sit sub-15 sequenti voluptate restinctus.

Primum igitur gratulamur, excellentissimae illi civitati, quia eum virum ad hanc dignitatem extulerit, quam ille suis in rem publicam singularibus beneficiis magis est mereri quam consequi conatus, quique eam laboribus, consiliis, opera diutissime fovit et semper auxit. Gra-20

Ep. 51. In Venedig hatten sich Veränderungen in der Staatsleitung vollzogen, die einen Umschwung in der Türkenpolitik der Republik erwarten ließen. Am 5. Mai 1462 war der Doge Prospero Malipiero gestorben, unter dessen Führung die Friedenspartei bisher auf dem Wege von Verhandlungen und Entgegenkommen mit der türkischen Macht weiterzukommen gesucht hatte, sehr zum Leidwesen der römischen Kurie, ganz besonders auch Bessarions, der in den Eroberern seiner Heimat nur eine schwere Gefahr für das christliche Abendland sah. Cristoforo Moro, der am 12. Mai zum Dogen gewählt worden war, hatte bis dahin bereits eine andere Einstellung an den Tag gelegt. An ihn richtete am 24. Mai 1462 Bessarion neben anderen Kardinälen von Viterbo aus das vorliegende Glückwunschsreiben.

Wie Bessarion zum Ausdruck bringt, versprach er sich von dem Neugewählten, mit dem er schon seit längerer Zeit persönlich bekannt gewesen war, in besonderer Weise die Verteidigung der christlichen Sache. Ähnlich wie Bessarion schickten auch andere Kardinäle — es liegen noch zwölf weitere Schreiben in der Sammlung vor — ihre Glückwünsche. Pius II selber ließ nur ein kurzes Schreiben ergehen (18. Mai 1462 aus Viterbo), daneben aber durch einen Gesandten mit einer Rede im Humanistenstil seine Freude kundgeben.

Das bisher noch ungedruckte Schreiben Bessarions, auf das Pastor in seiner Geschichte der Päpste ³II 243 n. 1 aufmerksam gemacht hat, ist überliefert: Venedig, Bibl. Marc. Cod. lat. XIII. 90, fol. 10^v—11 (= M). Das Gratulationsschreiben Pius' II ebenda fol. 7, die erwähnte Rede fol. 7^v—9^v (gedruckt bei I. Cugnoni, Aeneae Sylvii Piccolomini Opera inedita. Romae 1883, p. 161 ss.), die Briefe der Kardinäle fol. 11—14^v. Im einzelnen aufgeführt bei Pastor a. a. O. 243 n. 2.

tulamur deinde non minus christianae religioni ac fidei, quae sui mirificum quendam defensorem eadem est promotione consecuta. Nam cum vos in privata adhuc vita existentem, ubi sola studia et voluntates praestari poterant, cognoverimus religiosissimum et acerrimum
 5 christianitatis propugnatorem, quid futurum esse sperabimus, cum ad voluntatem accesserit facultas, praesertim adiuncta prudentia singulari? Postea et nobis ipsis non parum gratulamur, si quid nostra in his habent conditionis. Cum primum enim vestra illustrissima dominatio aliqua humanitate et benevolentia nos complecti coepit, statim
 10 ad eum cumulum evasit vester in nos amor singularis, ut nihil ei amplius addi posse videretur. Quae res facit, ut praeter publicam iustitiam et gratiosam illius dignitatis humanitatem, quae optimo cuique numquam clausa fuit, speremus aliquid accessionis a vestra benignitate et paterno in nos animo nobis esse futurum, vel tamquam
 15 dulciter dilecto filio, vel tamquam carissimo civi eius civitatis, cuius humanitas nos membrum suum efficere voluit.

Restabit igitur, ut, quemadmodum antea Deum immortalem deprecamur, quatenus vos pro meritis vestrarum virtutum ad hoc culmen dignitatis extollere dignaretur, ita in posterum, si quid nostrae preces
 20 habent virium, continue oremus, ut longum et felicissimum statum vestrae illustrissimae dominationis concedere velit, ut patria et amici, inter quos profecto non minima pars ipsi sumus, diutissime possint vestris virtutibus excellentissimis vestraque sapientia et gubernandi clementia singulari diutissime perfrui.

25 Valeat plurime vestra illustrissima dominatio, cui nos plurimum recomittimus.

Datum Viterbii 24. mensis Maii 1462.

Vestrae illustrissimae dominationis filius

B. episcopus Thusculanus

Cardinalis Nicaenus.

30

27 Maii] Madii M

52. Bessarion Cardinalis

Plo Secundo

Pontifici Maximo.

Sanctissime ac beatissime pater. Post humilem commendationem et pedum oscula beatorum.

5

Veni huc die XXII. praesentis. Exceptus fui cum honore ob reverentiam apostolicae sedis. Sequenti die exposui breviter causam legationis meae. Expressi dolorem et anxietatem vestrae beatitudinis de calamitate Christianorum et promptitudinem animi ac optimam voluntatem ad subveniendum. Dixi missum me a sanctitate vestra propter 10 duo principaliter: primo, ut in hac expeditione atque expensa, quam faciunt, eos auctoritate vestrae beatitudinis pro viribus iuvarem; se-

7 apostolicae sedis A P sedis apostolicae B Pr | 9 et promptitudinem A P Pr ac promptitudinem B

Ep. 52. Bessarion berichtet als apostolischer Legat über seine Aufnahme in Venedig und die Bereitschaft der Republik zu einem Unternehmen gegen die Türken. Aus einem Schriftstück, das ihm am 25. Juli 1463 durch drei Abgesandte zur Einsichtnahme vorgelegt worden war, teilt er mehrere Punkte mit.

1. Mit der päpstlichen Sendung wie mit der Person des Gesandten sind die Venezianer einverstanden. Der Eifer des Papstes wird gewürdigt.

2. Die türkische Gefahr ist als brennend erkannt. Im Hinblick darauf habe die Republik schon seit längerer Zeit sich große Ausgaben auferlegt. Anders wäre der Türke schon längst in Italien eingedrungen.

3. Zwecks eines umfassenden Unternehmens habe die Republik durch ihren ständigen Gesandten und neuerdings durch einen besonderen Delegaten den König von Ungarn in seinem Abwehrwillen zu bestärken gesucht. Desgleichen habe sie nach Deutschland, Böhmen und Polen sich gewandt, um zum Krieg gegen die Türken aufzufordern. Sie erinnerten aber daran, daß man die Befriedung Italiens als Aufgabe des Papstes betrachte. Erforderlich erscheine auch das Mitwirken des Königs von Frankreich, bei dem besondere Schritte zu unternehmen seien, sobald die Verhältnisse in Italien in Ordnung gebracht seien.

4. Für die Geldleistungen seitens des Papstes weiß man Dank. Falls noch höhere Abgaben auferlegt werden und Gelder aus der Ablassverkündung an Venezianischen Plätzen eingehen, sollen sie ausschließlich der Vermehrung der Flotte dienen.

5. Anerkannt wurde das Angebot des Herzogs von Burgund.

6. Bei allem könne sich Venedig der Verwunderung nicht enthalten, daß der Papst zu keinem Frieden mit den Malatesta komme.

Zum Schluß äußert Bessarion sein Staunen über die Schwerfälligkeit, mit der die Venezianer die Angelegenheit behandeln, während sie doch schon recht umfangreiche Vorbereitungen für einen Krieg gegen die Türken getroffen haben. Sie haben bereits Landtruppen aufgestellt und in den Peloponnes übersetzen lassen. Ragusa haben sie Hilfe zugesichert. Alles sei offen geschehen. Der Bruch mit dem Türken stehe unmittelbar bevor.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 1 (= A). — Druckausgaben: A. Bachmann, a. a. O. (s. oben S. 501) 18—21 (= B). — G. Palmieri, a. a. O. (s. oben S. 501) III 61—66 (= P). — L. v. Pastor, a. a. O. (s. oben S. 501) II 737—739 (= Pr).

cundo, ut una tractaremus de generali expeditione et bello aperte cum hostibus gerendo. Ad quam rem beatitudinem vestram ostendi promptissimo ac paratissimo animo esse, dummodo ipsi aperte velint adversus hostes dimicare idque fateantur, quod hucusque obtinere ab eis
5 vestra beatitudo non potuit, et sine quo non posset sanctitas vestra vel se parare vel alios movere.

Illustrissimum dominium quaesito tempore cogitandi heri misit ad me tres nobiles cum responso in scriptis. Cuius cum copiam petissem, responderunt se id facere non posse sine mandato domini. Movi aliqua
10 super responsione eorum et rogavi, ut apertius loquerentur, praesertim de bello Turcis inferendo. Hac conditione a me recesserunt, ut dominium consulerent. Hodie vero iterum ad me reversi copiam facere noluerunt, dicentes non esse id consuetudinis suae. Cedulam tamen iterum relegerunt, ex qua in summa notavi et scripsi illis videntibus haec, quae
15 sequuntur.

Primo: Laudant sanctitatem vestram de missione legati et de persona missi. Extollunt optimam voluntatem beatitudinis vestrae, non quod nova eis visa sit, sed quia, quo magis continua, eo magis eis est grata. Sperantque per eam omnia bona fieri posse.

20 Secundo: Quod ea, quae per me dicta sunt de libidine dominandi huius Turci et multis regnis intra breve tempus per eum acquisitis et continua oppressione Christianorum et insatiabili desiderio veniendi in Italiam, verissima sunt et ipsi ea optime intelligunt et antea intellexerunt. Propter quod subierunt continue magnas expensas praesertimque
25 hoc tempore, ut furori eius resisterent. Quod nisi fecissent, Turcum iam in Italia haberemus.

Tertio: Quod ad generalem expeditionem semper fuerunt parati et nunc maxime sunt. Et putant ad hoc omnino deveniendum, et utinam, inquit, iam deventum esset. Et quod propterea maximam fe-
30 cerunt diligentiam apud serenissimum dominum regem Ungariae, primo per nuntium, quem illic assidue detinuerunt, deinde etiam nuper per nobilem oratorem ad hortandam regiam maiestatem, ut forti ac constanti animo perseveret, et quod nunc mittunt ob eandem causam unum ex primariis civibus, dominum Paulum Mauriceno in Germaniam,
35 Bohemiam et Poloniam ad dominos illos adversus Turcum incitandos. Addunt tamen reverenter et, ut filios decet, dicere se, quod sedes apostolica implicita bellis italicis neque per se potest bello incumbere, ut necessarium foret, neque alios, sive Italos, sive externos commode movere. Propterea reducere se cum omni reverentia ad memoriam vestrae

4 obtinere] optinere A | 11 recesserunt A P Pr necesserunt B | 13 non id esse
trp. B | 20 Quod ea A P Pr Item ea B | 23 ipsi A P Pr illi B | 35 Bohemiam A P
Boemiam B Pr | 35 Turcum A P Pr Turcos B

beatitudinis, primo ut dignetur dare pacem Italiae, ubi dari potest, praesertim bonis et honorabilibus mediis oblatis; ubi vero fieri pax commode non potest, indicere indutias; deinde rebus ita compositis persuadere serenissimo domino regi Franciae, ut ad hanc rem concurrat, quod non dubitant rebus in Italia sic compositis maiestatem suam facturam, praesertim concessis ei decimis, vigesimis et trigesimis locorum suorum. Se non modo excitatos esse, sed iam motos in re ipsa versari, cum iam iam exercitum coegerint mari et terra, ut in omni casu reprimere possint impetum hostis, et occasione se offerente viribus uti ad honorem Dei et exaltationem religionis, neque solum se et ceteros Christianos defendere, sed etiam vim ultro inferre hostibus valeant. Huius capituli, quod longissimum erat, has necessarias partes de verbo ad verbum excerpsi, pluribusque hoc loco verbis contendi, ut aliquid mihi apertius dicerent, asserens nihil me ex hoc amplius habere, quam ex generalibus oratoris sui verbis iam diu Romae habuerimus. Tandem nihil ab eis amplius excerpere potui.

Quarto: Quoad oblationem praesentis praesidii agunt vestrae sanctitati infinitas gratias. Quod si vestra beatitudo ultra id, quod ipsi de suo conferent, et decimas, vigesimas et trigesimas, praedicationes indulgentiasque locorum suorum, quas sanctitas vestra eis concedit, aliquid eis supererogaverit, promittunt id totum exponere in augmentum classis contra Turcum.

Quinto: Quod de oblatione illustrissimi domini ducis Burgundiae gaudent. Sed videtur eis omnino necessarium esse consensum domini regis Franciae. Ideo omnino ad eum principaliter esse confugiendum pacatis primo, ut dictum est, rebus regni et Romandiolae.

Postremo: Addunt, quod haec opera ita salubria et necessaria impediuntur propter bella Italiae, et quod satis mirantur cum reverentia loquentes, quod sanctitas vestra adeo difficilis sit in concedenda pace Maletestis ita laudabilibus conditionibus oblatis, et quod tamen derunt sufficientem commissionem oratori suo apud sanctitatem vestram de respondendo in facto domini ducis Burgundiae, cum oratores illius venerint. In his videntur hi cives omnino haerere nec aliquid ultra dicere velle, quamquam ego multa oportune et ad factum Maletestarum et ad negotium pacis Italiae et ad cetera responderim. Nescio, an maiori instigatione atque importunitate mea moveri poterunt, ut aliquid latius aperiant. Dubito eos nihil amplius dicturos, donec vestra sanctitas ad haec responderit et aliud mihi mandaverit.

3 indicere A P Pr inducere B | 6 trigesimis A P tricesimis B Pr | 10 ceteros A P Pr exteros B | 23 Quod A P Pr] B om. | 24 domini A P Pr] B om. | 25 omnino A P Pr omnimodo B | 26 pacatis A P Pr paratis B | 29 adeo A P Pr tam B | 33 omnino A P Pr omnimodo B | 34 factum A P Pr factam B | 35 Italiae] Italie A P Italice B Pr | cetera] coetera A P | 38 sanctitas vestra B

Non video, beatissime pater, nec satis mirari possum, cur isti domini ita difficiles sint in dicendo se velle cum Turcis rumpere, cum maximos hucusque sumptus fecerint et in classe et in terrestribus copiis, quas et paraverunt et continue parant ac in Peloponnesum traiciunt. 5 Praeterea communis fama est apud eos omnino rumpere velle; immo multi opinantur capitaneum eorum iam rupisse. Item decreverunt mittere subsidium Ragusinis. Miserunt oratorem ad Ungaros. Mittunt nunc alium ad alias potentias ultramontanas. Et haec omnia faciunt aperte, cum antea, sicut scit sanctitas vestra, umbram etiam istarum rerum 10 formidarent. Fortasse aliqua ratione id fateri nolunt. Apertissime tamen videtur, et ista est mea et aliorum opinio, eos omnino aperte cum Turco rupturos. Aliter quicquid hucusque fecerunt, incassum actum esset et ultra quingenta milia ducatorum frustra essent abiecta.

Haec omnia volui aperire beatitudini vestrae, ut pro sua pietate 15 et sapientia dignetur consulere saluti Christianorum et una cum sacro collegio viam aliquam excogitare, per quam talis et tam sancta ac necessaria res dirigi possit. Ego interea expectabo mandatum vestrae beatitudinis, cuius clementiae me humiliter commendo.

Datum Venetiis die 26. Iulii 1463.

20

Eiusdem vestrae sanctitatis
humilis servus
B. episcopus Thusculanus.

53. Bessarion Cardinalis

Pio Secundo

Pontifici Maximo.

Sanctissime ac beatissime pater. Post pedum oscula beatorum.

Post litteras illas, quas nudius tertius scripsi beatitudini vestrae de ultimo responso dato mihi ab isto illustrissimo dominio, non cessavi

5 omnino A P Pr omnimodo B | rumpere A B Pr rompere P | immo] imo A B P Pr | 7 nunc A P Pr] B om. | 10 formidarent A P formidarunt B Pr | 11 omnino A P Pr omnimodo B | Turco A P Pr Turcis B | 14 pietate A P Pr potestate B | 18 bnis vre *irp.* Pr | humiliter me *irp.* Pr | 20 Eiusdem] E. V. S. *apud* A P] Ego B 23 A *Suprascriptio*: . . . ctissimo domino nostro pape

Ep. 53. Zweiter Bericht des Kardinallegaten über die Ergebnisse seiner Sendung nach Venedig. Nach langem Überlegen haben die Abgesandten der Signoria ihm mitgeteilt, daß der Krieg gegen die Türken beschlossen worden sei. Ihre Sorge sei nur noch, zu wissen, was für Leistungen der Papst aufbringen werde. Er habe die Zehnten, Zwanzigsten und Dreißigsten genannt, Predigten und Ablässe. Am kommenden Sonntag werde er in S. Marco zelebrieren und eine Prozession veranstalten. Öffentlich scheuen sich die Venezianer etwas zu verlangen. Unter der Hand halten sie mit ihren Wünschen nicht zurück. Was Bundesgenossen betrifft, sei der Papst ihre einzige Hoffnung. Er